



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De legibus quae prohibuerunt sacrificia, sacras autem aedes extruere
mandauerunt. Cap. XLIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

maximam partem saluari Christi fidei se addixissent misit. Qui vero Gentilium consuetudine ac ritus imitari visi sunt, his ne sacrificia eidolis immolarent, interdixit. Eadem lex ab eo lata fuit de illis dignitatis gradibus, qui præfectorum honores suo splendore superabant. Aut enim si Christiani erant, ita se gerere præcepit, uti appellationis ipsorum dignitas postulabat, aut si aliter animo affecti, mandauit, ne eidolis hostias offerrent.

*De legibus quæ prohibuerunt sacrificia, sacras autem
ædes extruere mandauerunt.*

CAP. XLIIII.

DEinceps duæ leges in eandem sententiam promulgabantur: altera, quæ vetuit detestabilia idolotariæ scelera, quæ iam olim in quaque ciuitate & regione fieri consueuissent, & ne quisquam vel statuas erigere, curiosas & superuacaneas diuinationes moliri, vel denique sacrificare auderet: altera, quæ iussit templa exedificare, deiq; ecclesias, tum longitudine, tum latitudine ampliores effici: ut in posterum omnes homines (ut complectar breui) insano illo & superstitioso multorum deorum colendorum ritu è medio sublato, Deo opt. max. reconciliarentur. Talia enim tum animo instituere, tum his qui prouinciis præfuerunt per literas significare, imperatorem sua ipsius erga deum sanctimonia incitauit. Lex præterea illud est in se complexa, ut pecuniis largiendis non parceretur, sed à thesauro regio promerentur ad parandas res illis institutis necessarias. Quinetiam ad ecclesiarum præfides passim de eiusmodi rebus literas dare dignatus est, hæcque primas ad me misit.

Victor Constantinus Max. Augustus Eusebio. S.

Constantini ad Eusebium & alios episcopos, ut magistratum procuratione edificarentur ecclesie.

CAP. XLV.

Quemadmodum ad hoc usque tempus ob impiæ uoluntatis institutum & grauem tyrannidem seruos dei persequentem, pro certo cognoui & satis per-

Kk

suasum